Hieronymus, Sophronius Eusebius: Epistolae

Basel: Nicolaus Kesler, 1497 Seite 563



Puto enĩ ait: ꝙ & ego spm̃ dei habeo: euidẽter volẽs exprimere ꝙ ĩtersit inter eã quæ adhuc ẽ iũ
cta lege viro: & inter eã quæ iã soluta vinculo beatior prædicat̃. Qꝫ si vtraqꝫ btã qa ĩ Xp̃o: bea-
tior tñ quæcũqꝫ iã soluta ẽ vinculo: & cœlestia sectat̃. Iõ viduæ semp virgĩbus bñ copulant̃: vt
ait apl̃s. Mulier innupta & virgo cogitat quæ sunt dñi: vt sit sancta corpe & spũ: quodammodo Vbi sup̃
enĩ magisteriũ virginitatis viduaꝝ gliscit: & confortat̃ exemplis quæ cũ viris castũ seruauerint
cõnubiũ: docẽt integritatẽ magis virgĩbus deo seruandã: & qđ ꝓpe modũ nõ inferioris virtutis
est cõiugio abstinere qđ aliqñ delectauerit: ꝙ̃ coniugij delectamẽta nescire. In vtroqꝫ siqdẽ gra
du fortitudo laudat̃: & cœlestis vitæ predicat̃ virtus. Iccirco cognationẽ iã cũ Xp̃o vterqꝫ ordo
sortit̃. Vñ dñs: Si qs inquit fecerit volũtatẽ p̃ris mei q ĩ cœlis ẽ: ipse meus frater: soror & mr̃ est: Mat. 12.
vbi nõ sexus: nõ ætas: nõ conditio discernit̃: sed qui fecerit inqt voluntatẽ p̃ris mei qui ĩ cœl' est
Vñ qa libera facultas cũctis præstat̃: estote charissime id ad qđ vos Xp̃i gr̃a vocauit: estote ma
tres Xp̃i ac spõsæ: estote sorores ac ꝓpĩquæ: quia quod carne nõ potuistis: gr̃a totũ cõdonatũ ẽ
vobis. Et ideo diligite matrẽ dñi: quæ vobis spõsũ genuit ĩmortalẽ: Cuius & vobiscũ soror ẽ ip
sa: qa volũtatẽ p̃ris fecit vt eẽt mater. Propinqua quidẽ vobis nõ carne sed spũ: vt vnitas cõmen
det̃ ecclesiæ & societas corpis Xp̃o intelligat̃. Ex quo dñs: Volo pr̃ inquit: quia ego & tu vnum Ioh. 10.
sumus: vt & ipsi in nobis vnũ sint. Quæ ꝑfecto vnitas p vnũ mediatorẽ dei & hoĩm efficit̃. Faci
te ergo voluntatẽ p̃ris & vos: vt vnũ eẽ possitis. Ornate lãpades vr̃as: occurrite sponso: qa iam
ad ostiũ pulsat: & matrẽ: si eã diligitis sequimini. Intus aũt parate & ornate lãpades vestras: qa
filiæ regis estis. Oĩs enĩ gloria vestra ab intus sit: & intus habete qđ foris luceat: ne forte int̃ has
solẽnitates prius ꝙ̃ spõsus veniat: vr̃æ lãpades extiguant̃. Nã celebritas huius diei nõ nisi accẽ-
sis lampadibus intus, & foris recte colit̃. Ideo emendũ est oleũ dũ vacat: ne cum sponsus venerit
quod absit: vacuæ inueniamini. Præterea quæ sursum sunt sapite: vbi beata ꝑuenit virgo & nõ
quæ sup terrã: quia vr̃a conuersatio (si estis iã quod vouistis) ĩ cœlis fore debet. Illic dirigite mẽ-
tem: illuc abscondite vitã vestrã: donec ꝑtrãseat furor dñi: quo beata dei genitrix hodie ꝑuenit.
Ibi nãqꝫ habetis sponsũ vbi pontificẽ: ibi oĩa quæcũqꝫ quæsistis. Illuc dirigite mentẽ: vt cũ xp̃s
virginis filius apparuerit ĩ fine sæculi: cũ ipso & vos appareatis in gloria Amen.

Beati Hieronymi presbyteri de assumptiõe item sermo: qui annũciatõis: incarnatiõis: ac vir
ginitatis attollit insignia. EPISTOLA LVI.

[S]Ciẽtes fr̃es dilectissimi auctori nr̃o multũ nos debere cõditos: plus redẽptos: redẽpti
onis nr̃e cõmerciũ veneremur: & illũ sacratissimũ vterũ ex quo homĩ deus vnitus ap
paruit: & si neqmus meritis: saltẽ celebremus obsequijs: sciẽtes erroris nr̃i tenebras:
partũ eius fulgore dispsas: qa quæ hoĩes ꝑ ꝓthoplastoꝝ negligẽtiã primæ mr̃is contu
macia tã arrogãtia ꝙ̃ gula ꝑdiderãt: huius sacræ virgĩs ꝑtus nõ solũ restaurauit dirupta: sed do-
na cõtulit sempiterna: & ideo cũctis præconijs veneremur salutis auctricẽ: quæ dũ auctorẽ suũ
cõcepit ex cœlo: nobis redẽptorẽ oñdit ĩ sæculo: & quia ad vicẽ eius mr̃is nr̃æ eccl'iæ forma cõ-
stituit̃: ipsa eã inter ꝓcellas sæculi freqnter aspiciat: ipsa int̃ cursus mũdiales cõtinua or̃one cõfo
ueat. Neqꝫ enĩ dubiũ ẽ illã quæ meruit ꝓ liberãdis ferre preciũ: posse ĩpartiri suffragiũ libertatis
nr̃a ĩter hæc or̃o iugis ad dñm dirigat̃: vt qui ꝓ honore noĩs sui viscera illa quæ sãctificauerat in
trauit: quæ etiã nos ipsi sedulitate debita veneremur: ꝓsit nobis ad remediũ qđ p eã se nobis de
dit preciũ. Merito igit̃ beata Maria singulari a nobis præconio attollit̃: quæ singulare cõmerci-
um mũdo præbuit: merito int̃ fœmĩas tũc etiã lætabat̃: cũ singularẽ medicinam pudico aluo ge
stabat. Sciebat qdẽ põdera vẽtris quæ pudorẽ nõ ꝑdiderat castitatis. Mirabat̃ partus insignia:
quæ nulla nouerat viri cõtagia. O bñ fœcũda virgĩtas: quæ nouo inauditoqꝫ genere & mr̃ dici
posset & virgo. Pepit enĩ a quo cõcepit: portauit a quo creata extitit. Siquidẽ ipse ẽ auctor Ma-
riæ: qui est ortus ex Maria. Sic inenarrabiliter beata Maria mr̃ & virgo ẽ: quæ dũ fructũ præg-
natõis extulit: integritatis dispendiũ nõ incurrit: apud quã ita cœlestis ꝓuidentia negocij ipsius
conditionẽ disposuit: vt magis obedientiã exhiberet in mãdato cũ honorificentiã suã cognosce
ret ex angelo. Neqꝫ enĩ fidẽ derogat nũcij quæ dignitatem intelligit nũciãtis: angelo ei dicente:
Spũssanctus supueniet ĩ te: & virtus altissimi obumbrabit tibi. Iõqꝫ & qđ nascet̃ ex te sanctũ: vo Luce. 1.
cabit̃ filius dei. Credidit admonita quod audiuit: meruit sanctificata qđ credidit. Deniqꝫ tantũ
sese ad cœli fastigiũ subleuauit: vt verbũ in principio apud deũ: id est per filiũ: de sũma cœli ara
susciperet. Cũqꝫ se p mysticũ diuinitatis archanũ carni nostræ fragilitatiqꝫ cõmisceret: latuit in
homine diuinitas: vt diuinitate humanitas nõ periret: & sub velamẽto assumptæ carnis abscon
ditus preciosius redemit ꝑditos: ꝙ̃ si defensaret ab ĩminẽte hoste captiuos. Immẽsa pietas: & su
pra ꝙ̃ fari possit prædicãda maiestas: viscera puellæ aura sanctispũs implebantur: innupta vir-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-604/0563
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt